Argumenta trahi· documentaq; maxima gigni
Scripture cecinere pię· iuuat altiuſ ergo
Querere qui paulo carus coniungitur hoſpeſ
Factuſ marti comeſ· ſub cuiuſ imagine cauſe
Sic uocitatuſ erat· qualiue decoriſ honore ē·
Hac quoq; parte placenſ aquile natura fideliſ
Sponte gerit quod forma ten& nam debiliſ euo
Et declinatuſ ſenior iam uſibuſ aleſ
Flammiuomo ſub ſole iac& pennaſq; grauataſ
Ciuſ inigne fou&; nocturnaq; lumina pandit
Atq; oculoſ radiiſ ardentibuſ inſerit egroſ
Aduetere redituta diem· dona caloriſ
Languida ſumit iuuiſ cuiuſ de fomite uireſ
Accipit· & priſci reparat diſpendia ſecli
Cum neſola forent que feruiduſ [illegible] eſtuſ
Perlaticū purganda uadū ter mergitur undiſ
Et ſenium deponit aquiſ iuuenemq; decoriſ
Effigiem de fonte leuat; quiſ aptior actuſ
Religioniſ erit cum ueri lumine ſoliſ
Tangimur antiqui contagia ſoluimuſ eui
Accedente fide· lympha mox matre renati
Conſpicimur nouitate rudeſ infantia ruſuſ
Fit recidiua ſeni· gemino uenientibuſ ortu
Hic melior natalis adeſt· bene conſciuſ huiuſ

Gotha Memb. II 115

Iungitur alta petens stat nocte proximus infra
Ingenio breviore minor· sors dedita seuis
Tartareum tenet ima sinum· sic eutiicus ergo
Prima parte cadens· inferni perditus oris
Hesit· et humana uacuus ratione ferarum
Coepit habere locum cui postquam pectora paulus
Incubuit uerbumque suum sapientia fudit
Ore leuans animam carnali lege peremptam
Ad dominum demorte redit· quid epistola clamat
Qui dormis iam surge citus rursusque purget
Teque uigil demorte leua· super ardua trina
Promeruit iamstare puer· quia dogmate trino
Comperit aeterne quesit sapientia uitae;
Iamque peragratis paulus stationibus orbis
Adsolymam uenturus erat· quos spiritus illum
Pergere sepe monet· cupiens in litore noto
Per pecuum memorare uale· simul undique sacros
Euocat has reddens caro depectore uoces
O dilecta manus quae christi militat armis
O summo plebs nata deo· meministis amoris
Et studii documenta mei· gentilia promptus
Agmina iudaicosque tuli sine fine furores
Utuite precepta darem· nullumque lateret
In populo narrata fides· asanguine uestro

Gotha Memb. II 115